Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus theol. de actibus humanis - Cod. Ettenheim-Münster 302

[S.l.], 1697

Quaestio 8tava

urn:nbn:de:bsz:31-131009

Visual Library

Quaestio octava.

Utrum ignorantia causet involuntarium.

Notandum est primo ignorantiam praeter alias divisiones distribui ~~in~~ antecedentem, concomitantem et consequentem.

Antecedens dicitur quae est involuntaria, invincibilis, et culpabilis, et est causa facti alicuius, non quidem quod se in illud influens, sive physice, sive moraliter; sed tamquam causa removens prohibens etc. in hoc modo: haec ignorantia causa alicuius operis, non quod removet actualem scientiam, quae si adesset, non fieret illud opus. V.g. si venator hominem occidat, invincibiliter ignorans hominem esse, sed putans esse feram, dicitur ignorantia eius causa occisionis hominis.

Comitans ignorantia dicitur quae nec fuit causa necessaria facti, ... est cum quis ignoranter facit, quoniam is, qui operatur cum ignorantia comitante ita est constitutus, ~~ita~~ ut si haberet oppositam ignorantiae scientiam, nihilominus faceret idem, quod nunc ignorans facit. V.g. si quis hostem occidat, putans invincibiliter esse feram, quem tamen si hostem esse nosset, nihilominus occidisset.

Consequens ignorantia, quae est ~~vincibilis~~ vincibilis et culpabilis dicitur

e voluntaria simul & volita, sive directe, si sit affectata, sive indirecte si sit crassa & supina, & talis mortaliter culpabilis, si talis de eo quod supina non sit. De ratione supponens in respectu operis, id est, quae primum supponitur ad opus, ex ignorantia factum; hic non potius intercedentem: per respectum voluntatis a qua directe vel indirecte procedit, quae proinde respicit ut causam sui imperantem. — Revocantur a Theologis ad antecedentem ignorantiam inculpabiles obliviones, inadvertentias, & opiniones probabiles, etsi a parte rei falsas, sive illae sint longioris sive brevioris morae, dummodo sint aliquo modo causa operis.
E contra ad ignorantiam consequentem revocant obliviones, inadvertentias, & errores culpabiles & vincibiles.

Notandum 2do quaeritur, an praedicta ignorantia reddant actum involuntarium? non est intelligendum de actu voluntatis elicito aut imperato per se et secundum suam spectato. Certum enim est hic haud dubie esse voluntarius. De intelligendo de actu voluntatis per aliquam circumstantiam ei adjunctam, aut per effectum, qui ex tali actu sequitur concomitanter et actui quomodolibet conjungitur. V.g. si Titius velit proiicere sagittam in cervum, & ea ignorans occidit at hominem; non quaeritur an Titio sit voluntaria volitio proiiciendi sagittam, vel ipsa externa projectio. De hac enim nemo dubitat. Sed tantum quaeritur, an occisio hominis ex projectione tali ignoranter secuta, sit Titio involuntaria?
His notatis, assumo quod ignorantia antecedens praeveniens

n. esse simpl. involtrium

Conclu. 1ma effectus qui procedit ex ignorantia antecedente est simplr. involtrius. Ita docet S. Th. & Suar. cum S. Th. ratio est, nihil est voltrium, aut volitum, nisi aliquo modo praecognitum; Unde v.g. occisio care parentis, quem invincibiliter ignorabam parentem fuisse, sed putabam me sentire hostem meum, neque directe, neque indirecte hoc casu est mihi voltrium parricidium.

Conclu. 2a ignorantia comitans non facit effectum ullo modo involtrium neque directe, neque indirecte, nec simplr. nec secundum quid, nec expresse nec virtualr.; quia se habet se mere extrinsecus & casualiter, non causaliter respectu illius effectus ut sit voltrius vel involtrius, aut mixtus. Ita cum S. Tho. Vasq. &c. Probatur: quod involtrium est, idem oportet fieri contra positivam, formalem, aut virtualem inclinationem voltis; at quod fit cum ignorantia comitante, non fit contra talem inclinationem. Major patet ex dictis, minor probatur: quia is qui habet ignorantiam comitantem ut si sciret effectum sentiret, nihilominus faceret, & post effectum sentitum non sentit dolorem, quod indicium est, abesse tam formalem voltem oppositi quam virtualem.

Conclusio 3tia Ignorantia comitans, non facit effectum voltrium, & facit non involtrium. ita citati. Ratio est: aliquid sit voltrium, necesse est ut procedat a principio intrinseco cum cognitione singulorum

effectus autem cum ignorantia factus, non procedit ullo modo cum cognitione: qui non. sic operatur & sic occidit v.g. hostem putans esse feram, de homicidio nihil cogitat, ergo exterior occisio hominis est illi involuntaria

Dico Exterior, nam hic haud dubie voluntarius est interior voluntatis affectus, sub conditionatus, aut simplicis complacentiae de occidendo hoste si nimirum ipsum adesse nosset.

Conclusio 4ta ignorantia consequens, tum affectata, quam crassa & supina, sive juris sive facti, causat involuntarium simpliciter. Est haec communis cum S. Thoma, dist. 2 de fide. similiter ex Corinthiorum prima Si quis ignorat, ignorabitur. Ratio haec est. haec ignorantia pro peccato, quod meretur reprobationem: ad huiusmodi omne peccatum est simpliciter & proprie voluntarium. Probatur amplius à posteriori, quia fides & experientia testatur, ignorantiam saltem saepe causare peccatum mortale, quae peccata non forent, nisi simpliciter essent voluntaria; neque item illa peccata perpetrata fuissent, si defuisset ignorantia: talia peccata fuerant judaeorum Christum occidentium, qui si Deum esse cognovissent (prima corinthiorum cap. 2do.) Dominum gloriae nunquam crucifixissent: tale est 1a 2ae cond. 96. competit illud Psalmi 35. noluit intelligere ut bene ageret.

Conclusio 5ta ignorantia consequens, sive crassa, sive affectata causat effectum involuntarium secundum quid. est communis cum S. Th. hic: Ratio est, voluntarius effectus cum ignorantia factus, aliquo modo contra facientis

voluntatem, seu in clinationem voluntatis, aut implicitè vel explicitè noluisset, & impedivisset effectum, si voluntaria illa ignorantia desiisset etc.

Corollario. Cita ignorantia crassa et affectata, minuit voluntarium, minus è contra. Azorius. Curiel. Sumitur ex illo Theologorum & Iurisconsultorum communi dicto. Ignorantiam crassam excusare non à toto, sed à tanto. Ratio est: cum minus sit aliquid voluntarie aut culpabiliter, quo major defectus in cognitione in operante; sed saepe non exiguus defectus cognitionis est in operante, qui est vel affectate ignorat.

Porro quia multum refert ad cognitionem voluntarij scire, an actus aliquis sit ab arbitrio proprio cum cognitione singulorum, et circumstantiarum, ideo circa S. Thomas postquam egit de voluntario & involuntario statim subjungit tractationem de circumstantijs actuum humanorum. Verum nos de his commodius infra. His explicatis, effectum ex ignorantia ante provenientem non esse simpliciter voluntarium.

Arguitur Imo. Ad actum aliquem sit involuntarium requiritur, ut sit contra naturam internam inclinationem, et voluntatis repugnantiam: atqui effectus, ex ante ignorantia proveniens, non est contra inclinationem voluntatis neque non bene quisquam cogitabit de tali effectu. — Respondeo, me teneri non habere expressam & elicitam actum, sive actualem inclinationem, cui repugnet effectus ille, me habere inclinationem virtualem sive potentialem resistendi, eo ipso, quod statim nollem talem effectum, si scirem eum esse secuturum, quod sufficit juxta superius dicta. Et hinc aliqui dicunt ab ignorantia ante non causari eundem effectum simpliciter proprie

a pure involtrium virtle & interpretative, n tu cari fale involtrid el expresse: Foalr involtrium appellantes id, qd e contra expressam voltis inclinaonem, qualij positive, vel Contrarie involtrium dicunt, quia fit cum actuali renisu voltis: qd a. tm e contra virtlem voltis inpetid, dicunt ee involtrium Vrtle. Negative involtrium e pura carentia voltij, neqz positive repugnat voltti: & hoc in voltrium potius dicendu ee, non voltrium, qm involtrium.

Arguitur 2do

ignoraa antens caat actum voltis, qui n fieret sublata ignoraa; p talis actus, hoc ipso, qd fit a volte, e voltrius, go actus, qui fit ex ignoraa ante e voltrius. Rde ignoraam antem eo mo quo caat caare qdem illum actum voltrium, sd n quoad ignoraam ignoratu, v. g. qui occid it patrem putans ee hostem, in hoc casu iste actus est voltrius in raone homicidij, in raone v. parricidij e simplr involtrius qpter voltem, qm hbt parricidio contrariam.

Arguitur 3tio

qa ignoraa concomitans n fit caatiua Non voltrij: ignoraa concomitans nullo mo e caa illius homicidij in sensu o nobabili expressij, go n dbt dici caare non voltrum sed potius n caare voltrium, non caare n voltrium, e caare id, qd n e voltrium, qd n facit ignoraa concomitans. Rde ignoraam comitantem n caare illud homicidium sdm illius praedicata positiua:, caare tn in eo aliqd negatiuu a quo illud homicidium denominat n voltrium; quia foalr caat negaonem cognitionis illius homicidij, rat hac n. negaone denominatus actio huius, hic & nunc n voltria in raone homicidij.

pro pleniore hujus rei cognitione:

Advertendum: hanc ignorantiam concomitantem, quae non est voluntaria, excusare ab effectu malitiae, non ab affectu. v. g. qui occidit Petrum, putans esse hostem, et ita dispositus est, ut occideret libenter inimicum, licet interius peccat affectu homicidii, non tamen exterius, nec contraheret irregularitatem, quod dicat Cophurusios, quem impugnat Pr. Salas in praesenti num. 18.

Requiritur 4to ignorantiam causantem non carere voluntarium simpliciter, et aliquid sit simpliciter voluntarium debet fieri cum cognitione singulorum; sed effectus procedens ex ignorantia causante, non fit cum cognitione singulorum, hoc ipso quod ignorantiam facit. Respondeo ut aliquid in moralibus censeatur voluntarium, sufficere, si fiat cum cognitione, quam operans de illo habet, sive quam habere nunc possit et teneretur habere, et tamen propter suam negligentiam, aut voluntariam affectationem non habeat; talis enim effectus sine actuali cognitione singulorum id est circumstantiarum factus, in moralibus aeque ad culpam imputabitur, ac si cum cognitione actuali fuisset factus, adeoque est aeque voluntarius in ratione morali. Quare ille effectus ex ignorantia causante factus, non fuit cum actuali cognitione de facto habita, fuit tamen cum cognitione, quam potuit et tenebatur habere operans; atque ita est moraliter voluntarius. Distinctio 2a de actibus voluntatis in specie.

Distinctio 2da

De Actibus Voluntatis in Specie.